Quelle:
Copyright:

3.

Thoma Kempen. libb. IV. de imit. xti.

132a – 197b

Rubrica est: "Incipit liber primus fratris Thome de Kempis canonici regularis ordinis S. Augustini de imitatione xti et de contemptu omnium vanitatum mundi". Incipit: "Qui sequitur me!" In calce additur: "Explicit liber quartus et ultimus de sacramento altaris fratris Thome de kempis de imitacione xti et de contemptu mundi devotam etutile opusculum finit feliciter!" Ejusdem operis fragmentum exhibet Cod: CXII. n: 2.

4.

Joan: Gersonii tract: de meditatione cordis.

198a – 202a

Joannis Gersonii tractatus de meditatione cordis. Incipit: "Meditacio cordis mei." Occurrit in Cod: CCLXXIV. n: 9. In fine praesentis legitur: "Tractatulus venerabilis magistri Johannis Gerson de meditacione cordis argentine impressus per Martinum Flach anno domini M CCCC LXXXVII. (a) Per me fratrem Petrum pirchinger professum in Glewnsh /: Gleink :/ eo tempore hospes in Seyttenstetten ibidem finit feliciter." Idem Petrus praecedentes quoque libros de imitatione Christi manu profecto elegantissima exaravit.

(a) Sed qui fit, ut hanc editio nem penitus ignorare videantur Maittaire et Michael Denis?